iniusticijs inctassantur. Contra quos
loquitur psalmista psal. lxi. Nolite
sperare in iniquitate. et rapinas no-
lite concupiscere diuitie si affluant
nolite cor apponere q₂ duo hec odi-
ui. Item ppheta ait psal. c. xviii. In-
clina cor meū deus in testimonia tua
et non in auaricia. Caueat etiam q̄
nullum peccatum ducat in consuetu
dine z dicat nō videbit dn̄s nec in-
telliget de⁹ iacob quoniā satis mor-
tale z damnabile quos arguit pphe-
ta dicens. Intelligite insipiētes in
populo z stulti aliq̄n sapite qui plā-
tauit aurē non audiet aut qui vixit
oculum non considerat qui corripit
gentes non arguet dominus scit co-
gitatiōes hominū vt psal. c. xiij.

e T nō credant fideles dei et
diuites in eisdē diuitias re-
probari qm̄ fideles xp̄i alijs
peccatoribus ditiores sunt vt psal.
xxxvi. Spera in deo et fac bonitatē
inhabita terram et posteris in diui-
cijs eius delectare in dn̄o z dabit ti
bi petitionē cordis tui et spera i eo
et ipse faciet et longitudinē dierū
dabit illi vt psal. xx. Item christi fi-
delis non querit inuidere infideli z
diuiti quoniā melius est modicū iu-
sto sup diuitias peccatoris multas
Et si ipse infidelis cor suū apponē-
ret diuitijs deus exaudiret eum i di
uitijs substantie et honore et nihil
deerit anime sue tamen non tribuet
ei deus potestatē vt comedat ex eo
sed vt i auaricia illud seruet vsq₃ ad
vite sue exitū et postea homo extra-
neus vorabit illud. Iste talis iuxta
sententiā salomonis sapientie. vi. ca-
rere debet sepultura quia sm̄ sentē
tiam ipsius salomonis ecc̄. v. q̄ amat
diuitias fructus nō capiet ex eis q₂
vbi sunt multe opes z multi qui co-
medunt eas et quid prodest posses-
sori nisi quod cernat diuitias oculis
suis dulcis est somnus o pauci siue
parū siue multū comedant. Saturi
tas autē diuitiis non sinit dormire
eum. Itē aliquis congregabit diui-
tias in malum et in afflictione pessi-
ma pereunt generabit filium et in
summa egestate erit. Ideo conclu-
dit ipse salomon qd̄ omni homini cui
dedit deus diuitias atq₃ substantiā
potestatem ei tribuit vt comedat ex
eis et fruatur p te sua et letetur de
labore suo hoc est donum dei. Ideo
fidelis christianus nō aduertat ad
falsas diuitias temporales nec i eis
cor suum ponat iactat cogitatū suū
in domino et ipse in bonis diuitijs
eum nutriet vt psal. liiij. Et consi-
deret peccatorum diuitias in seculo
abundantes. Cum ipse deus pro tā
modico bono quod ipsi peccatores

in mundo gesserũt in tot diuitiis tē-
poralibus facit abundare quot erũt
supercelestium fidelium z bonorum
christianorũ que ipse deus in recom
pensatione bonorũ que ipsi in mun-
do gesserunt elargitur mens huma-
na premeditari non poterit quoniaʒ
scriptum est. Nullum malum impu-
nitum et nulluʒ bonũ irremuneratũ
vt psal. xxx. quam magna multitudo dul-
cedinis tue domine quã abscondisti
timentibus te. Et hec vera si querãt
penitentias z dei flagella sustineãt
in persecutonibus vel infirmitatibus
z in eis non durescant qm si nõ acta
penitentia z ea spreta in eisdem pec
catis morietur absqʒ dubio ad thar
tareũ regnum descendet vt ait psal.
lxviii. Eripe me de luto z nõ infigar
libera me ab his qui oderunt me et
de profundis aquarum nõ me demer
gat tempestas aque neqʒ absorbeat
me profundũ neqʒ vrgeat sup me pu-
teus os suum. prime tres liberatio-
nes pertinent ad purgationeʒ. tres
vltime pertinẽt ad damnationẽ pec
catorum quibus quidẽ peccatis pur
gatis mereamur perhennem gloriã
adipisci.

Iterum ait hieremias domi
ne ysaia valde et pulcre oia
supradicta scdm scripturas
sunt decisa sed tamen vnum mihi re
stat dubium satis graue et cum su-
pra sit conclusum quod hominũ in lege
dei consistentiuʒ in terris purgatis
peccatis vt ipsi sic purgati patrie
paradisi perhenniter fiãt possessores
et illi qui extra legem dei sunt pec-
catores in lacũ damnabiliter demer
si puteus infernalis sup eos vrgeat
os suum. Modo vero cum omnes po-
puli et gentes vniuerse i supradicto
iudicio sic iudicate et purgate etiaʒ
debeant iudicari quod erit iudiciuʒ
ipsius christi quo ipse debet iudica
re viuos et mortuos. ergo si dicte
gentes et populi iam iudicati sunt
quare iterum iudicabũtur nunquid
dicendum iustos et sanctos paradi
si non ingressuros vsqʒ ad diem iudi
cij et malos et reprobos thartarum
ingressuros vsqʒ ad eundeʒ diem qđ
est falsum cum ipse christus dixerit
latroneʒ in paradiso qui dixit memẽ
to mei. Item et illos qui resurrexe-
runt cum eo et intrarunt sanctaʒ ci-
uitatem in qua expectauerunt eum
quousqʒ ipse christus ascendit in ce
lum et secum in paradiso transduxit
Audiui quãdam dicentem quod hi qui
resurrexerunt cum christo iterũ con
uersi sunt in cineres qz de pane hie
su non comederunt et in quo erat vi-
ta eterna. Sed de pane moysi. i. de
manna vt exo. xvi. in quo non fuit vi-
ta eterna vt ioh. vi. Et hi qui resur-
rexerunt cũ xpo fuerũt filii israhel
quibus deus promisit eos inducere
in terram chanaan abraham ysaac z
iacob promissa vt exod. vi. Et q̃ propter
eorum irritationes quas fecerunt i
deuʒ omnes filij israhel a. xx. annis
supra in deserto mortui sunt preter
duos caleph et iosue et qui dictam
terram intrauerunt vt numeri. xxiiii
Istosqʒ dei filius z hominis post
suam mortem et resurrectionẽ de di
cto deserto resuscitauit et adimple-
tione promissionis dei dictis israhe
litis facte eodem in dictam terram
induxit z non solum quod ipsi dictã ter
ram intrauerunt sed etiam intrarũt

in sanctam ciuitatez vt math. xxvii. et qui in cineres iteruz conuersi sunt preter duodecim milia de qualibet tribu qui sunt. c. xliiii. preterquam de tribu dan z effraim vt apo. vii. et qui a deo preseruati sunt. sunt septem milia que non curuauerunt genua ydolo baal iii. R. xviiii. Et sicut christus preseruauit a cecitate infinitos ex iudeis vt ad Ro. xi. Ita ista. c. xliiii. milia preseruati sunt a deo vt non peccarent in deserto in ydolo belphegor z in fornicatione cum filiabus moab sicut omnes filii israhel peccauerunt z fornicati sunt vt nume. xxv. Et ideo obseruantes legem z dei preceptuz dicantur empti de terra. i. preseruati cum mulieribus non coinquinati virgines enim sunt in custodia mandatorum dei vt hiere. iii. Hi sequuntur agnum in conculcatione sathane quocunque ierit. Hi empti sunt ex omnibus scilicet filiis israhel primitie scilicet resurrectionis deo z agno vt apoc. xxiiii. et propter hoc quia non peccauerunt in ydolo belphegor et cuz filiabus moab non sunt fornicati libere cantauerunt canticum moysi in quo hec omnia prohibentur vt deutro. xxxii. Nunc autem querendum est quare de tribu dan z effraim non fuerunt electi duodecim milia sicut de aliis tribubus vt apoc. vii. Estque responden duz quod tribus dan primo fuit que ydolum in israhel primo adinuenit z idem adorauit quousque domus dei fuit in solo vt iudith. xviii. in fi. Tribusque effraim in duobus ydolis domum israhel a domo dei separauit z in duas partes diuisit z eadem ydola adorauit quousque domus dei fuit in hierusalem vt. iii. R. xii. et. xiii. z per totum. Et propter hoc iohannes in sua apocalipsi tanquam dei inimicos a certis tribubus separauit vt apoc. vii.

e Rgo de quo erit vel qualiter fiat hoc iudicium finale nunquid pro vno delicto erit duplex sententia cum ipse deus misericors non iudicet bis in idipsum vt neemie. i. c. Nunquid forte erit iudicium suuz in celo in bonis z malis distribuendis sicut est nunc in terra cum ipse deus in terra non equaliter distribuerit bona temporalia hominibus propter quod aliqui appellant eum iniustum quoniam vnus erit affluens z abundans. Alius vero summe agens et laborans in summa egestate. Ait ysaias domine hieremia iudicium dei in terris est satis profundum z insipiens non cognoscit z stultus non intelligit quia si deus in suo iudicio equaliter distribuisset subsidia diuitiarum inter homines cessaret sententia sua quam ipse in homines protulit dicens in sudore vultus tui vesceris pane tuo vt gen. iii. Ideo si homines abundarent sub equali distributione dei non in sudore sed in delitijs pane vescerentur propter quod ipse deus voluit non equaliter inter homines temporales diuitias distribui sed in sudoribus laboribus z doloribus dedit hominibus panem ad vescendum z licet ipse deus pauperem faciat et diuitem erigat tamen in hoc est [illegible]cum temporale iudicium quia non fecit aliquez pauperez nisi propter alium diuitem et non fecit nisi propter alium pauperem. Et quod hoc sit verum manifeste ostenditur quia cum homo nascitur in mundo nihil secum defert nisi

nuditatem vt iob.j.c. Nudus egres-
sus sum de vtero matris mee nudus
reuertar illuc dominus dedit domi-
nus abstulit ⁊c̄. Ideo quicquid ipse
acquirit substantie diuitiarum a deo
acquirit quia ipse deus dedit incre-
mentuꝫ licet in eis acquirēdis ipse
homo laborem posuerit ⁊ sicut ipse
homo nudus dei diuitiarū diues fa-
ctus quia ꝯm scripturam domini est
terra ⁊ plenitudo eius. tamē ipse hō
in diuitijs se pascit ⁊ eis fruitur. Vñ
ipse deus vult ꝙ de exsuꝑcrescenti-
bus diuitijs vlt̄ vite necessaria ipse
diues pauperi administret videlicet
panem pauperi esurienti frangendo
Egenum vagantez in domū suam in
ducendo et nudum vestibus operiē-
do vt math. xxv. ꝓpterea quicq̄d ho-
mines in hoc mūdo habent sua non
sunt sed cōmunia ꝯm legem dei licet
dicti homines ea habeant in potesta
te distribuendi tamen ꝯm eorūꝫ ar-
bitrium et precepta dei non negle-
cto habeant distribuere nūquid ta-
men dicere poterunt ꝙ iniustum fa-
cimus aliena non inuadamus ꝓpria
diligentius seruamus et impudens
et auarum dictum cum ꝓpria dicant
quoniaꝫ quid ipsi de rebus recondi-
tis i hoc mūdo detulerunt. Itē qui-
bus facultatibus quibus subsidijs
sunt stipati cuꝫ egressi fuerūt i hūc
lucem ideo in hoc concluditut qnia
non minus est delictum furari diui-
ti q̄ꝫ aliquis abundās et petens pa
nem et vestimentū denegat egenti
qui esurientiuꝫ panis est qđ detine-
tur a diuitibus nudorū indumentuꝫ
est quod recluditur miserorūꝫ est re
demptio et absolutio pecunia que in
terris absconditur. hec possunt pro

bari. xlvij. di. iij. c. sic hi.

a D aliud quid dixisti o hiere
mia de finali iudicio ꝙ ho-
mines iam iudicati amplius
non iudicabūtur sed iudex qui iam
iudicauit occulte ostendet publice
iudicādo qđ de iure reprobos i pec-
cato damnauit et bonos in iusticijs
eorū saluauit. Sed tamē primo ante
q̄ꝫ veniat ad iudicandū viuos et mor
tuos ipse rex ⁊ iudex seculū iudica-
bit per ignem i quo celi magno im-
petu transient. Elementa vero calo-
re soluentur terra autē ⁊ omnia que
in ea sunt omnia oꝑa esurietur vt. ij.
petri. iij. ⁊ testatur sanctus dauid in
spū dei psal. xlix. dicens. Deus ma-
nifeste veniet deus noster ⁊ non sile
bit ignis in cōspectu eius exardescit
⁊ in circuitu eius tempestas valida
aduocauit celū desursū. i. angelos ⁊
terrā. i. homines in resurrectione vt
discernat populū suum ⁊ ipsi angeli
cōgregabunt deo sanctos eius q̄ or
dinauerūt testamentuꝫ eius suꝑ sa-
crificia et ipsi angeli annūciabūt iu
sticiam eius qm̄ ipse deus iudex est.
Et dicet ipse deus peccatori quare
tu enarras iniusticias meas cū nullaꝫ
obseruaueris q̄re assumis testamen
tum meū ꝑ os tuū cum totū eum fe-
daueris. Tu odisti disciplinā ⁊ ꝓie-
cisti ꝯmones meos retrorsū. Si vide
bis furē sil̄ currebas cū eo ⁊ cū adul
teris portionē tuā ponebas os tuuꝫ
abundauit malicia ⁊ lingua tua con
taminabit dolos sedēs aduersus fra
trem tuū loquebaris ⁊ aduersus fi-
lium matris tue ponebas scandaluꝫ
⁊ dicit iudex hoc fecisti et tacui ꝓpt
hoc existimasti inique ꝙ erō tui simi
lis arguā te ⁊c̄. vt psal. xlix. In his

modicis verbis omnia grauia pecca-
ta continētur z in his verbis adhuc
grauiorib9 peccatores arguēt vni-
uersos z libri apirentur de quib9 ait
scriptura psal.c.lx.Et i libro tuo om
nes scribētur et.lxviij.deleantur de
viuentiū z cum iustis nō scribentur
z angeli in clāgore tubarꝝ more cu3
sanctificatur bellū z vocabūt bonos
z malos ante conspectu3 iudicis se-
dentis in sede maiestatis sue.

¶ Primo aduocauit demoniu3
e cū omib9 angelis eius z ipe
demon compebit corā eo tre
mulentus aspiciens dei terribilita-
tem z dicet ipse deus z iudex ei.Tu
signaculū similitudinis plen9 sapiē
tia pfectus decore in delicijs para-
disi fuisti.Ois lapis preciosus opa-
mentū tuū sardus topacius z iaspis
crisolitus z onix barillus saphirus
carbūculus z smaragdus aurū quo-
q3 opus decoris tui z foramia tua in
die qua conditus es parata sunt.Tu
cherub extentus z ptegens z posui
te in monte sancto dei in medio lapi
dum ignitoru3 ambulasti pfectus in
oib9 vijs tuis a die cditiōis tue do-
nec inuēta ē iniqtas i te. In multitu
dine negociatiōis tue repleta sunt in
teriora tua iniqtate z peccastiz eieci
te de monte dei et perdidi te o che-
rub et eleuatū est cor tuū in decore
tuo z pdidisti sapientiā tuā in deco
re tuo et in terra proieci te ante fa-
ciē regum dedi te vt cernerent te in
multitudine iniquitatū tuaru3 quare
cecidisti o lucifer de celo qui mane
oriebaris vt ezech.xxviij.

¶ Ipse lucifer inclinās se in
e terris hūiliter erit locutus
O iustissime iudex si et me
vestra clemētia dignetur audire ma
nifeste ostendā me contra vestrā di-
uinitatē in nihilo peccasse qm cogno
sco cognoui z cognoscā q vestra di-
uinitas de nihilo me creauit plenum
sapiētia z perfectū sciētia z decore
atq3 totius padisi post vestrā diuita
tem principatu3 totius angelice mo-
narchie tenente3 si ego fui dotatus
plenitudine sapiētie nō sequitur do-
mine q ꝯtra vestrā diuinitatē pecca
uerim que est totius perfectiōis.Si
ego fui perfect9 sciētia z in delicijs
paradisi poterā cognoscere z cogno
scebā absolutā vestra3 potentiā q si
in aliquo peccasse3 ꝯtra eā in nihilū
poterat me dirigere cum ipsa me de
nihilo creauerit in totali pfectione.
Itē non ignorabā3 q super vestram
diuinitatē nullus erat potētior de9
cui potuissem adhesisse.Nam fuisset
magna excecatio q creatura contra
creatorē ita vt asseritur superbisset
S3 vestra diuinitas reuerēter loquē
do persuasa inimice lingue michael
archangeli de me vestre diuinitati
malū asserentis ad hoc vt principa-
tus celestis monarchie sibi remane-
ret z in predicto malo vestra diuini-
tas sibi credens in nihilo me peccā-
tem gratis perdidistis. Audiāt oēs
populi cōspiciāt omnes gentes. Si
ego talis et tantus creatus z in omi
perfectiōe sublimat9 z in omni sciē-
tia z virtute decorat9 a diuinitate h
pnte que in me semper fuit amabil
semper humilis semper benigna de-
buissem taliter vt asseritur peccasse.
In eade3 psumptio cessat lex abhor-
ret z vnicuiq3 audiēs vertitur incre
dibile.Ergo iudex iustissime place-
at me vestrā creaturā ita crudeliter

persequi cuz non in vos peccauerim vt asseritur.

¶ iudex respondebit ei di-
e cens. Audite omnes gentes
que in circuitu meo estis lu
cifer hic pn̄s volens excusare super
biam suā ꝑut audistis quaz in celis
ipse infelix temerarie pegit se ante
diuinitatē excusauit prout meli⁹ po-
tuit suū peccatum palliando tacite-
q3 iniusticiā contra diuinitatē retor-
quēdo. Et ait ipse iudex o lucifer si
te diuinitas in tanto beneficio man
cipauit qm̄ est presumptio ꝙ te gra
tis pdiderit sed ad tollendum omnē
presumptionez ambiguitatis merita
tua veniant in patrociniū et testimo-
niū cause tue in hec iudicio.

¶ Illico assurgens michael
e archangelus ꝛ eidem lucife
ro dulcibus verbis ait. o luci
fer quare si bon⁹es vt tu asseris cur
in me infamas peccatū superbie tue
Nōne in hoc cognoscitur malicia tua
Nōne dixisti in decore tuo i ꝯspectu
toti⁹ monarchie celestis. Ego sum
deus ꝛ i cathedra dei sedi vt ezech.
xxviij. Post hec superbe dicēs aisti
ponā sedem meaz in laterib⁹ aquilo-
nis ꝛ ero siīis altissimo vt ysa. xiiij.
Et hec redacta fuerūt i scriptis ad
memoriā futuroꝝ ꝑ fideles notari-
os vt ezech. xxviij. et ysa. xiiij. Et es
tante presumptiōis ꝙ i ꝯspectu dei
hoc negas cū sint etiaz omni populo
manifesta. Nunq̄d in supradictā su-
perbiā ipse deus proiecit te ꝛ alios
angelos te sequētes de celo i terra
vt ysa. xiiij. et apoc. xij. Nunc vō dic
mihi si tante bonitatis in celo fuisti
ꝑut asseris quare ipsa bonitate vsus
non fuisti in terra in q̄ eiect⁹ fuisti.
Nunq̄d nouissima tua fuerūt peiora
priorib⁹ plen⁹ abhominatōne ascē di-
sti sup altare sanctaꝝ scōꝝ tpe macha
beorū ꝛ ibi etiā ꝑ eo superbiā addē-
do superbe fecisti te coli vt. j. mach.
j. Item bina vice fecisti fieri vitulos
aureos in dei ꝑplo dicēte hi sunt dij
tui israhel qui dixerūt te d terra vt
exo. xxxij. Primo cuz educeretur de
terra egypti. Secūdo tpe hieroboā
vt. iij. R. xii. Itē quid egeris i regno
iudicis ibu sub silentio pretermitta-
tur. Nonne ista trahūt imanifeste su
perbiā quā etiam in celo pegisti. Et
si in te deus prescit sapiaz ꝛ decorez
tu autē in malignitate tua illā sapiē-
tiam perdidisti. vn̄ mihi iniuste im-
properas peccatū superbie tue. Ve-
niant ꝛ cetere natiōes ꝛ reges nati-
onū q̄ i terris seruierūt tibi ꝛ de bo
nis tuis operib⁹ i hoc iudicio publi
ce testificentur. Et cum aduenissent
reges nationū an̄ dei ꝯspectū ꝛ pro
spiciētes atq3 intuētes luciferū ad-
mirātes dixerūt. nunq̄d iste ē vir qui
cōturbauit terrā qui ꝯcussit regnaq̄
posuit orbē desertā ꝛ vrbes eius de
struxit ꝛ vinctis eius nō aperuit car
cerē ꝛ tu vulneratus es sicut ꝛ nos
siīes nostri effect⁹ es detracta ē ad
inferos superbia tua cecidit cadauer
tuū subtus et sternetur tinea ꝛ opi-
mentū tuū erunt vermes ad infernū
detraheris in ꝑfundum laci vt ysa.
xiiij. Et tunc dicet iudex. ecce nunc
audisti quid natiōes de te et pecca-
tis tuis testificatur.

¶ lucifer rn̄dens dicēs dn̄e
e iudex ponatur sine preiudi-
cioq̄ꝫ fecerim tale peccatū.
nōne adā i sibi superbia peccauit vt

gen.iij.Etiam z nabuchodonosor vt
dan.iiij.z eos nō sic me aggrauastis
Et dicit iudex quicqd ipi egerūt te
instigāte fecerūt sed tu nullū habu
isti instigatorē nisi ꝓpriā maliciā ido
mini9 peccauerunt. Sz tn̄ graui pnia
acta ipe adā i valle ebrō ꝯstituit suā
sepulturā vt iosue.xiiij. cuz posteris
suis vsqz ad aduētū meū in carne nō
sunt ꝯsecuti miaz. Nnqd tu vllo tē
pore ꝺ tuo delicto voluisti agere pe
nitētiā sp mala peiorib9 ꝯgregādo ꝺ
die i diē in pcto durior fuisti effect9
sic pharaō quē viuū mare absorbuit
vt exo.xiiij. ita infernus sepat ad se
obsorbēdā.et dicet iudex circa eum
ad iudiciū ꝯsistētib9. Quid videtur
ꝙ lucifer z angeli eū sequētes iuste
fecerūt fuerūt dānati vel iniuste et
rn̄debant oēs z vna voce dicēt.iuste
dānat9 fuit.z tūc dicit rex et iudex
lucifero z angelis ei9 sequētib9.ite
a sinistris.z michaeli z angelis eius
dicet et vos ite a dextris.

Ecūdo faciet clamare huma
s nas creaturas. z pmo ꝓphm
iudeoꝝ z cū eis iudex z rex
disceptabit dicēs.audite me o viri iu
dei z israhelitis.nōne ꝓmiss9 fui vo
bis i lege q̄ canetur p ꝓphaz.suscita
bit de9 ꝺ medio fratꝝ suoꝝ similez
moysi.z si qs nō audierit ꝓphaz illū
exterminabitur de ꝓplo meo vt deutro.
xviij. nōne sicis fui moysi i hūanita
te z legū z preceptoꝝ datiōe.nōne
predicaui ꝺ regno dei.nonne vobis
mortuos suscitaui et cecos illumiaui
z oēs infirmos solo vbo curaui. mor
tē sustinui z a mortuis resurrexi.nō
ne post meā resurrctiōz p meos apo
stolos vobis predicare feci ꝺ regno
dei q̄ signa magna i vobis fecerunt
quid eis fecistis.nōne expulistis eos
a vobis atqz psecuti fuistis eos ꝺ ci
uitatē in ciuitatē i mortē z carcerē z
regno dei indignos vos fecistis qd
vltra volui facere.

¶ Tūc iudei israhelite rn̄de-
e būt z dicēt. Illustrissime iu
dex cū sitis ipsa iusticia etiā
vobis placeat i eqtate nos audire cū
scriptū sit psal.lxxxv.qm̄ iudicabis
orbē terre i eqtate z ꝓplos i iusticia
z dicūt ipsi iudei.iustissime iudex ve
rū est ꝙ de9 nobis ꝓmisit suscitare
ꝓphaz ꝺ medio nostroꝝ z q̄ nō audi-
erit ꝓphaz illū aut de9 ego vltor exi-
stā. Sz tn̄ ipse de9 dedit nobis signū
dicti ꝓphe i cognitiōne ꝙ si ꝓpha ille
in noīe dn̄i predixerit z nō euenerit
de hoc dn̄s nō locut9 est ꝓpter qd et
ipse de9 nobis i lege precepit nō so
lū talē ꝓphaz nō audiri sed tanꝙ mē
dacē eū in morte turpissima tradi sic
patet deutro.xviij. ꝓpt qd iudex be-
nignissime placeat ad vos vestre mie
aures inclinare z licet nūc cognosca
mus ꝙ vos fueritis ꝓpha ille i lege
ꝓmissus cū nobis mlta dixistis q̄ p
ut dixistis nō euenerūt ꝓpter q̄ nos
cogitātes vos esse mēdacē ꝓphetam
iuxta sententiā legis tradidim9 vos i
mortē. Et pmo dixistis palā in ꝯspe-
ctu toti9 synagoge. Destruā tēpluz
hoc et in triduo reedificabo illud vt
io.v.hoc predixistis z put dixistis n̄
euenit qz tēplū integꝝ remāsit p9ea
p tēpora lōgiora ꝓpter qd affigi cru
ci iuxta legis tēpli sniaz iuste meru-
isti vt.j.hesdre.vij.q̄ lege cauetur a
me ergo positū ē hoc decretū vt ois
hō q hāc mutauerit visiōez tollatur
lignū de domo ei9 z erigatur z ꝯfi-
gatur i eo. Dom9 aūt ei9 publicetur

deus autē qui habitare facit nomen
suuz ibi dissipet oīa regna et ꝑꝑl'm q̄
extēderit manuz suā vt repugnet et
dissipet domuz dei illā q̄ est in hieru
salē. Ego darius statui decretuz qḋ
studiose mplere volo. Secundo di-
xistis nisi mādūcaueritis carnē meā
nō habebitis vitaz in vobis vt io. vj.
et tñ nō comedimꝰ carnē vestram et
per tēpora lōgiora viximꝰ. Tercio di
xistis siq̄s credit in me flumia ḋ vē-
tre eius fluēt vt ioh. vij. et multi in
vobis crediderunt et tñ nō vidimus
de vētre eoꝝ flumia emanasse. Quar
to dixistis si q̄s sermonē meuz serua
uerit mortē nō videbit in eternuz vt
ioh. viij. et cuz multi obseruauerunt
sermonē vestꝝ qui et mortui sunt et
alia sic̄ia q̄ longuz esset enarrare di-
xistis q̄ nō euenerunt. Itē peius fe-
cistis ꝙ sabbatuz ꝯtra legis prece-
ptuz non custoditis et i eo infirmos
curastis nunquid tenebamur vobis
credere atq3 te prophetaz in lege ꝓ
missuz reputare cum expresse feceri-
tis ꝯtra legē vt exo. xxxj. insi. nun-
q̄d interrogauimꝰ vos dicētes. Si tu
es christꝰ dic nobis palaz et vos re-
spōdistis nobis opera q̄ ego facio te
stimoniuz phibēt de me. Certe mul-
ta magna et mirabilia fecistis q̄ nul
lus aliꝰ fecit ratione quoꝝ nō tene-
bamur nec debebamꝰ vobis credere
qm̄ deꝰ precepit nobis dicēs ꝙ i no
mine dñi propheta ille predixit et ñ
euenerit et non dixit fecerit sed vos
multa predixistis q̄ non euenerunt ꝑ
vt supra dictuz ē licet feceritis mag̃
q̄ vel sic̄ia helyas et helisēꝰ fecerūt
ergo ſm legē iuste interfecimus et
nos iniuste cū reuerētia loquēdo de-
precamur.

e ¶ iudex rñdit ei dicēs semꝑ
intellexistis scripturas et di
cta scripturaꝝ ꝓut sonant.
Nonne ꝓmissus in lege vestra loqui
debebat i ꝓuerbijs et i parabolis fi
guris. Nōne vobis deꝰ predixit hoc
dicēs psal. lxxxviij. Attēdite popule
meꝰ legē meaz inclinate aurē vestrā
in verba oris mei q2 aperiaz os meū
in parabolis loquar ꝓpositiōes ab ini
tio seculi respicite in quāta sollicitu
dine hoc deꝰ predixit sed vos ad hoc
ꝯspexistis. Si loquēs dixi destruaz
templū hoc ⁊c̄. nō locutꝰ fui de tem
plo materiali quo vos stabitis. Sed
de tēplo corporis mei in quo deꝰ pa-
ter ⁊ filiꝰ ⁊ spūssanctꝰ habitabat qḋ
templū destructū ꝑ mortē in tribus
diebꝰ resurgēdo post mortē reparaui
Sed dixi vobis nisi manducaueritis
carnē meā ⁊c̄. nō debuistis intellige
re ꝓprie carnē meā mādūcare sed spi
ritualiter credere i me diuinitatē in
carnatā qḋ credere ē spūaliter man-
ducare ⁊ si taliter caro mea fuit mā
ducata qui eā mādūcauit mortē ifer
nalē nō videbit. Ad aliḋ qḋ dixistis
si q̄s in me crediderit flumia ⁊c̄. que
nō debēt intelligi ꝓut sonāt ꝓuer-
biū sed et flumibꝰ sacraꝝ scriptu-
raꝝ vos cognouistis discipulos me-
os rudos et illitteratos ex quibꝰ ma
gna flumia litteraꝝ ꝓcesserūt. Ad
aliud videlic3 ꝙ si q̄s sermonē meuz
seruauerit ⁊c̄. qḋ dictū nō debuistis
intelligere de morte tēporali quam
ego etiā sustinui sed ḋ morte carnis
que erit post resurrectionē in vitā ꝑ-
petuā et si q̄s sermonē meū seruaue
rit talē mortē nō gustabit sed vitam
vt io. v. et. vj. Si sabbatū ñ custodiui
qḋ iur. nōne i lege vestra dicebatur

Si quis nō audierit ꝓphetam talem extimabitur ꝛc̄. ꝓpter qd̄ oīa erāt in māu mea ergo in oib⁹ dictis ꝛ factis debuistis me audiri ꝛ sequi ꝛ etiā in sabbati custodia cuꝫ sit scriptum ꝙ erit sabbatuꝫ ex sabbato vt ysa. vlti. Sed dicite mihi o iudei nunqd cum predixi filio vidue i ꝯspectu vestro. Adolescēs tibi dico surge. nōne illico a morte in vitā surrexit vt luc. vij Item in lazaro quatriduano nōne similiter obseruaui vt io. xj. quot lepros mūdaui in solo verbo et cecos illumiaui. nōne demonia ꝯfessa fuerūt ꝙ ego erā xp̄s. nōne discipuli mei in nomie meo maiora his fecerunt. nunqd in nomine alteri⁹ ꝓphe hec facta fuerunt sic in noie meo ninuite surgāt i iudicio nobisc̄uꝫ q̄ egerunt penitētiaꝫ ad p̄dicatiōꝫ ione vt luc. xj. q̄re me nō audistis. Dicēt iudei i dolore cordiuꝫ obscura vestra locutio n̄ decepit dicet iudex nō sic qꝛ non cō surgebatis ad verbū dei audiendum sed poti⁹ ad ebrietatē sectandā ꝛ ad potāduꝫ vsqꝫ ad vesperā ꝛ vino estuabatis cithera lyra ꝛ tympanum et tibia ꝛ vinuꝫ in ꝯuiuijs vestris opus meuꝫ nō respiciebatis nec opera manuū meaꝝ ꝯsiderabatis ꝓpterea captiui ducti estis qꝛ n̄ habuistis sciaꝫ Ideo infern⁹ dilatauit aiaꝫ suā ꝛ aperuit os suuꝫ sine vllo termio ꝛ descēderunt fortes vestri atqꝫ gloriosi ad eum vt ysa. v. Et dicet iudex omnib⁹ qd videtur vobis ꝓpli gentes ꝛ lingue fuerunt ne iste iudei iuste dampnati ꝛ dicēt oēs iustissime iudex ita Et eis dicet iudex ite a sinistris.

e t angeli i clangore tubaꝝ vocabunt ad iudiciuꝫ gentes q̄ ydol fuierunt quib⁹ terribil iudex dicet. Vos autē cuꝫ sitis ꝛ fueritis hoīes ad ymaginē et silitudinē dei formati sic et ceteri cuꝫ sensualitate rōnis q̄re ydola vana opera manuuꝫ vestraꝝ fabricata ꝓ deo adorastis q̄ nec fari nec loq̄ poterāt cuꝫ sp̄us nō esset in eis habebāt oculos et nō videbāt man⁹ et non palpabāt pedes nō ambulāt nec clamabāt in gutture suo vt psal. c. xiij. q̄ rōne mouebami ad hoc faciendū q̄re nō recognouistis ꝓ deo illuꝫ q̄ fecit celum ꝛ terrā mare et oia q̄ in eis sunt Et ipse dedit oib⁹ ac etiaꝫ et nobis principiuꝫ essendi. Diuitqꝫ a iuuentute vestra vsqꝫquo ꝙ fecit a vobis exalare sp̄m et tūc omnes vestras cogitationes fecit perire vt psal. c. xlv Surgāt ipsa ydola et ꝓregāt vos in hoc iudicio si possint vos de manib⁹ meis liberare.

e t responderunt gentes cū cordium tremore terribili iudei et dicent. Iustissime iudex placeat vestre iusticie i modicis verbis nos audire. Et dicent. Postq̄ nos formastis ad ymagineꝫ ꝛ silitudineꝫ vestrā q̄re gratiā vestrā quā iudeis et israhalitis tribuistis. Dicens in legib⁹ vestris eisdem dans. Audi israhel vt leui. numeri. deut°. per totum etiā et nobis nō dedistis dicens. Audite gentes et quos iudeos et israheliticos vsqꝫ ad aduentum in carnem in circumcisione saluastis. Ite post incarnationeꝫ vestrā quare eandē gratiā saluationis per baptismum magis dedistis illis qui fuerunt i europa ꝙ illis qui fuerūt in asia et affrica vsqꝫquo sp̄ū sanct⁹ euenit qui inflammauit diuino amore corda oim ꝓpter qd̄ omes gentes

et populi oim vnuz deum patrē z filium et spm̄sanctuz. et in baptismo ē factum vnum ouile et vn9 pastor q̄re illos dilexistis z nos odio habuistis Nōne meli9 fuisset ꝙ nati nō fuissemus postq̄ꝫ in ꝑpetuā gehennā i inferno credim9 sentire. Et iudex respondebit eis dicēs. Audite ea que dicturus sim vobis. Ad hoc homiez formaui in statu innocētie vt ruinam angeloꝝ reparare possem. sed homo ipse credēs effici vt sum ego spret9 meo mādato reddidit se mihi ɔtumacem. Pro cui9 ɔtumacie purgatione sine expressiōe tempoꝝ in thartareo carcere eundē mancipaui cum posteris suis et q2 volēs ɔpati homini ꝑdito z posteris eius elegi viruz nomine abrahā cui ꝓmisi in semine suo predictuz hominē et posteris ei9 benedicere et eum d̄ predicto carcare ad meā reducere gratiā. Cui9 abrahe semen creuit in ppl'm velut arena maris et quē ppl'm vocaui israheliticum et euz mihi elegi in filiuz z ɔstitui eidem populo cerimonias z circumcisionē. et eidem posui in omnez gentiuz lumē lucē. Sed dicite mihi o gētes qn̄ feci vobis signa magna in egypto in vestro ɔspectu ꝓ liberatiōe predicti populi nō credidistis i virtute dictoꝝ signoꝝ sic̄ mihi popul9 me9 credidit. Nonne exsiccaui mare z idem calcabile tradidi dicto populo meo vobis vidētibus qd̄ etiā notum factuz fuit q̄si mundo vniuerso vt exo. xiiij. Nōne mare coaperuit pharaonē et exercituz ei9 persecutores populi mei i oculis vr̄stris. Quare vos videtes hec mirabilia z mihi hec facienti non credidistis q̄s erat vobis ɔtradictor. Itē qn̄ eratis i terra quā ꝓmiseram dare dicto populo meo in signis mirabilib9 quot reges interfeci quot gētes percussi i ocul' vestris. vt iosue per totuz. Numq̄d cōsiderastis qn̄ in manu gedeon z tricēton. viroꝝ percussi castra gentiuz vltra centuz milia viroꝝ vt iudi. vij. Item numq̄d ɔsideratis sampsonem virum de populo meo. q̄ cuz maxilla asine tria milia viroꝝ de gentib9 solus interfecit vt iudi. xv. Itē cum teneritis archaz federis captiuam nōne percussi vos i secretiori parte nature in plagā in vestruz et inter vos magna fuit confusio mortis quousq3 remitterretis eundez in hierusalem ac etiam tenor magnus propter hos vos inuasit vt. j. R. v. Itē q̄d feci vobis qui eratis sub rege senecherub qui venerit ꝓ cōfusione populi mei vt. iiij. R. xviij. et. xix. Itez quid feci vobis qui eratis sub neueda et q̄ venit in terrā populi mei. xxx. regib9 vt dictum populuz annihilare posset vt iiij. R. xx. Ergo si vidistis signa per me fieri cōtra vos ꝓ populo meo in quib9 ydola vr̄stra vos non potuerunt auxiliari q̄re dicto populo israhelitico non credistis. imo videntes fieri ista signa vitupastis dicentes ꝙ ego eraz de9 talium. Item me vobis ostendere aliter nō valui nisi in his mirabilibus signis qm̄ me aliter q̄ꝫ in signis null9 vnq̄ꝫ vidit vt exo. xxviij. ergo quid mihi iputatis. Ad aliud ꝙ dicitis ꝙ magis dilexi europam q̄ꝫ asiam et affricaz. Certe hoc non feci qm̄ ante meaz ascensionē in celum meis discipulis expresse precepi vt in omnē terram euangelium meum predicarēt et baptismuz in remissionē peccatoꝝ. Et q2 mihi ɔstat

q᷑ eorum sonus in omnē terram exiuit et si asia et affrica noluerūt recipere euāgelium et europa recepit. Idem est ipsis imputandum. Et ait iudex cum sit scriptum. Effunde irā tuā in gentes que te non nouerūt et in regna tua que nomē tuū non inuocauerunt vt psal. lxxviij. Ideo ite a sinistris.

¶ angeli in clangore tubarū cunctū populum christianū aduocabit quo coram iudice comparēte ipse iudex in terribilitate dicet angelis eius. Seperate de dicto pios ab impijs seperatis dicet ipse iudex primo iniquis ecclesie sue pastoribus. Ego dn̄s sto ad iudicandum cum senioribus populi mei. q̄re vos depasti estis ecclesiā meā vineā ꝛ rapinā pauperis in domo vestra. Quare attriuistis populum meum ꝛ facies pauperū demoliti estis cōtra vos prouocantes oculos maiestatis mee vt ysa. iij. Nōne supra humerū vestrū vtiq̄ dedi clauem domus dauid. et aperiebatis ꝛ nemo claudebat. et claudebatis ꝛ nemo aperiebat vt ysa. xxij. Sed dicite mihi o pastores quare pascebatis vosmetipsos. Nōne greges pascātur a pastoribꝰ. lac comedebatis. et preciosis lanis operiebamini de substātia populi mei. et qđ crassum erat superbe expoliando occidebatis et ppl̄m meum pane spirituali nō pascebatis quod infirmū fuit in operibꝰ misericordie admonēdo nō ↄsolidastis et qđ egrotū in fide scē trinitatis docēdo n̄ sanastis ꝛ qđ fractū erat i mortalibꝰ pctis corrigēdis nō alligastis. ꝛ qđ abiectū erat i viciorū ꝛ peccatorū correctiōe clamando ad penitentiā non reduxistis. et qđ perierat in peccatorū cōsuetudine increpando non quesistis sed cū austeritate imperabatis ppl̄o meo et potentia vt ezech. xxxiiij. Sꝫ ad aliud studium non attendebatis nisi ad splēdida fercula in ventre ponenda et eadem per secessum emittenda. et populꝰ meus dispersus eo q᷑ ei non essent pastores. Et factus fuit populꝰ meꝰ in deuoratiōē bestie .i. dyaboli. Ergo o pastores reddite rationē officij vestri ecce nūc exquiritur sanguis vestrorū subditorū q̄ in infernū degunt ꝛ tunc pastores ꝛ prelati ꝛ presbyteri et alij curati intuētes terribilem iudicē cum tremore et cordium dolore humiliter per vnū ipsorū respondebunt iudici dicentes. Domine ꝛ pater sancte placeat vestre maiestati nō ſm iusticiā vestrā sed ſm magnam misericordiā vestrā in hoc iudicio nos increpare qm̄ i ↄspectu vestro nullꝰ potest nec poterit iniusticia vnquā saluare vt psal. cxliij. Ideo misericordissime iudex sicut cum patribus veteris testamēti operati estis ita et nobiscū operemini si placet nonne iustissime iudex vos perfuistis paradiso i quo tantum duo erant homines ꝛ ambo sub vestra custodia perierūt vt geñ. iij. Ergo sanguis eorum exquiretur de manibus vestris. In archa noe octo tm̄ homies fuerunt quorū vnꝰ perijt vt geñ. ix. nunquid eius sanguis exquisitꝰ fuit đ manibꝰ noe. In domo abrahe quinq̄ homies fuerūt runt ex quibus duo perierunt cum dictum fuit sibi. Ecce ancillā et filium eius vt geñ. xxij. Itē in domo ysaac de duobus fratribus vnꝰ perijt vt geñ. xxvij. Itē de domo iacob

tres de duodecim maledicti fuerūt vt geñ.xlix. Itē sub principatu moysi et aaron erant milia milium et tamen propter peccata ipsorū preter duos nullus ipsorū terram promissionis intrare potuit vt numeri.xiiij. Item de domo dauid quatuor perierunt. Item de domo et scola vestra o domine vnus apostolorū periit vt math.xxvij. et de.lxxij. discipulis vestris preter quinq; nullus ipsorum meruit attingere regnum eternū vt ioh.vi. Nūquid ipsorū sanguis d' manibus prodictorū ac etiam de manibus vestris exquiretur. O domine fiducialiter loquimur cum supradicti fuerint sub custodia vestra et cōtentamur valde si sanguis predictorum fuit exquisitus de manib9 suorū pastorū qd etiā & sanguis nostrorū subditorū de manib9 nostris exquiratur neq; meliores neq; peiores sumus antiquis patribus nostris vnde iustissime iudex placeat i misericordia nos arguere.

T iudex respondit illis dicens. In lege tu quid loqris qd scriptū est vt ezech. iij. Sic dicente ad me impiū morte morieris. Non annūciaueris ei neq; locutus fueris vt auertatur a via sua impia et viuat ipse impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem autē eius de manu tua requiram. Si autē annūciaueris impio et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et a via sua impia ipse quidem in iniquitate sua morietur. tu autē animā tuā liberasti. Sed pastores veteris testamenti et ego redarguim9 subditos nostros in peccatis eorū. Nonne ego predixi ade ne comederet de ligno ne etiam ceteri pastores fecerūt similiter sicut moyses & aaron q̄ semp in ira et redarguitione assidui erant populi affati. Et si dictus populus noluit eos audire fuit quibus eidem ipso iputandū. Nonne assidue āmonui discipulos meos dicēsq; eis vnus vestrum me traditurus est. Si ille qui cecidit de scola mea & preuaricatus est et nolit me audire sanguis ipsi9 et aliorum subditorum fuit nociuus eis & non pastoribus sed ipsi pastores secure dicere possunt. Lauabimus manus nostras in sanguie peccatorū. iuxta qd scriptū est ysa. lviij. Clamare ne cesses quasi tuba exalta vocē tuā annūcia populo meo scelera eorū. & domui iacob peccata eorū. Et cōtra negligentes hanc doctrinā ait propheta. Canes muti nō valētes latere. Sed dicite mihi si vos redarguistis populum meū de peccatis. quare et vos pistis in peccatis. Sed si annūciastis scelera eorū. quare in vestris sceleribus damnamini.

Dicent pastores. Domine si i sceleribus nostris damnamur Non sequitur qd negligētes fuerim9 circa subditos nostros qui spretis nostris monitionib9 in thartareū carcerē iuste damnātur semp verbū euangelicū i dicto populo fecim9 seminare ac etiā et nos seminauim9 nostrasq; latas dyoceses distraxim9 et parrochijs et ibi spirituales posuimus rectores qui nobiscum etiam assistebant. ad crimina hui9 populi corrigenda. qui manifestauerūt euāgelium tuū hincinde predicando si ipsi noluerūt euangelij preceptum seruare. nobis eorum peccatum im-

putatis veniant ipsi de populo et cō testētur de hoc nobiscum. Quibꝰ aduocatis et cōparentibꝰ aiunt eis pastores dicite nobis o de populo nūquid fecimus vobis euangeliuꝫ dei per predicationē manifestum in sanctis munitionibus. et assiduis redargutionibus dicent illi fecistis sed aliud docebamur a vobis vbo. Aliud facto et exemplo instruebamur. Nonne vos pastores post predicatū euāgelium assurgebatis ad peccata manifesta operanda. i omni genere peccatorū nosqꝫ attendebamꝰ magis ad exectionē vestrā ꝙ ad verbū sequētes vestra peccata in eisdem peccauimꝰ credētes ea nobis licere post ꝙ ea et vos faciebatis ꝓpter que in gehennā periclitamur vos nobis magistri fuistis. et nos hanc doctrinam docuistis. et cum eratis infecti similibus criminibus sicut et nos eramꝰ puduit vos i predictis peccatis nos redarguere cum culpa nos i nostris peccatis redarguebat. Dicunt pastores aut publice peccastis aut occulte. Si publice qr cōstituit de vestris peccatis in nostro auditorio ꝑ denūciationem et testimoniū probationem vel quia intantuꝫ erunt manifesta. ꝙ tergiuersatōne celerari non potuerunt et si in redarguitione predictoꝝ peccatorū fuimus negligentes est quid imputandum. Si occulta fuerunt vestra peccata de his nō tenebamur diuinare quoniā deuꝫ habent vltorem. Nonne vobis fecimus annunciare verbum dei ꝓpter quod ducebamini quid ad vitā et quid ad mortem competebat. Item nōne instituimus parrochianos sacerdotes quibus debuistis confiteri peccata et qui sacerdotes ministrauerunt ecclesiastica sacramēta in quibꝰ ꝛ peccata dimittantur nō debuistis ea negligere. Si nos peccauimꝰ publice nobis imputatis cū nemo viuat sine crimine. Non debuistis recipere peccatoꝝ nostroꝝ exempla. sed potiꝰ opera eoꝝ que nos docebamꝰ semper habuistis nos exosos ꝛ quasi inimicos tamē si aliud fuerit peccatuꝫ in nobis ab vobis qd nobis possit cōpetere dicite mihi. illi vō siluerūt.

Quibꝰ qdē pastoribꝰ terribil iudex sic ait. In his excusabiles non estis. Sed vltra hoc dicite mihi. quare symoniace donum spiritussancti vendidistis cōstituētes ecclesias venales. et alia spiritualia precio vēdidistis. et vos nihil aliud eratis intus ꝛ extra nisi stagnum et plumbum et ferrum. ꝛ i medio fornacis cordiuꝫ nostroꝝ scoria argenti et auri facti fuistis ꝓ eo ꝙ versi fuistis in scoriam supradictam. Ecce ego congregaui in cōgregatione eris et argenti ꝛ ferri et stagni et plūbi et succendi ibi ignem ad cōflandum in furore meo in ira mea et adhuc conflabo vos in ignē furoris mei et cōflabimini in medio eius.

Et dicent pastores a a a. domine ne irascatur furor tuꝰ q sup oēs es misericors. Nonne in nomie tuo demonia. i. peccata mortalia eiiciimus et in nomine tuo ꝓphanauimus. et dicet iudex. nescio vos. Quomodo ꝓphanastis in nomine meo et demonia eiecistis cum totum mūduꝫ vestris falsis prophetijs ꝛ peccatis et demonibꝰ repleuistis. Nōne

vicibus pluribus studuistis ecclia3 meā mēdaciter asserēdo meū vicariū summū pontificē predicte ecclie nō esse. sibiq3 in alium antipontificē eli gendo quot reges in his errare fe cistis etiam et populos innumeros ex quo homicidia et adulteria exusti ones ciuitatu3 et adulteria eccliaꝝ desolationes et etiam odia scandala grauia et innumera mala ꝓuenerūt nec non et sathan et demonioꝝ con gregatione3 ad ipsa mala peragēda de inferno soluistis. Nūquid in his sceleribus vocare potestis samariam et sodomam sorores vestras. viuo ego dicit domin⁹. quia non fecit so doma soror vestra sicut vos fecistis et samaria dimidiū peccatoꝝ vestro rum nō peccauit et eas vicistis soro res vestras peccatis vestris scelera tius agentes ab eis.

Item reddite mihi rōne3 fru ctuū labioꝝ vestroꝝ ⁊ offi cij diuini benedixistis ne do mino i omni tpe septies i die laudes dicēdo pauistis pauperes de substā tia ecclesie vt ditastis ꝯsanguineos melius fuisset o deuoratores ecclie mee si ad ista attendissetis potiusq̄ ad prostibula visitādo ⁊ meretrices alendas et ab his alias nouas i do mos vestras itroducēdas tanq̄ equ⁹ et mulus. lasciuiātes computruistis i luxurijs vestris. sicut iumēta i ster core suo. et mane sacrificastis mihi carnem ⁊ sanguinem meū eos sumē tes tanq̄ si immūdi ab omni crimie fuissetis. iudiciū vobis manducastis ⁊ bibistis. Et q2 si inimici hec mihi fecissent. et ecclesie mee sustinuis sem vtiq3. Et si hi qui oderunt me ⁊ ecclesiā meā super me magna locuti fuissent abscondissem me ab eis. sed vos vnanimes et noti mei quare hoc egistis ꝓpter qd merito veniat mors ad vos et descēdatis ad infernū vi uētes. Ite a sinistris. Itē iudex gra uius ⁊ asperius in eisdē vbis redar guet oēs mēdaces ⁊ cucullatos qui renūciauerūt seculo ⁊ in eo latius ⁊ gliosius supradictis vixerūt peccan tes. reddentesq3 rōne3 de vnoquoq3 capitulo regule eoꝝ.

Ecūdo facit aduocare pricī pes reges ⁊ impatores du ces et alios q̄ pfuerūt ꝓplis xpianitatis ⁊ eis comparētib⁹ dicet ipse rex et iudex reddite et vos etiā rōnem regimis vestri. Nōne et vos de puluere paupis suscitaui vt sede retis in solijs glorie ad ꝓplo meo iu sticiā reddendā. qlem i ꝓplo meo iu sticiā fecistis. Dicēt reges i eo se cuti fuim⁹ leges sacratissimas. Di cet iudex. quō leges sacratissimas se cuti fuistis. Nōne in ꝯspectu vestro filij patrē et matrē ꝯtumelijs affece rūt aduene calūniabātur et pupilli ⁊ vidue ꝯtristabātur sanctuaria mea spnabātur ⁊ sabbata polluebātur vi ri detractores fuerūt ad effundēdū sanguinē scelus opati sunt in medio vestroꝝ verecūdiora patris discoo peruerūt ⁊ imūdiciā imēstruate hū liauerūt ⁊ vnusq̄sq3 i vxorē ꝓximi sui operat⁹ ē abhominatiō3 ⁊ socer nurū suam polluit nepharie super sorore3 suā filiā patris sui oppressit i ꝯspectu vestro munera accepistis ad fundē dum sanguine3 vsurā et superhabū dantiā accepistis et auare subditos vestros calūniabimini et mei ⁊ iusti cie mee fuistis obliti. Ite3 inter vos semp ꝓditiōes et ꝯiuratiōes fuerūt

aias subditorum vestrorum devorastis precium accepistis viduas multiplicastis propter quod sacerdotes mei me contempserunt et legem meam polluerunt que sanctuaria mea inter scm et prophanum non habuerunt distantiam inter pollutum et mundum non intellexerunt et a sabbatis meis averterunt oculos suos et ego rex regum coinquinabar in medio vestrum. Et hec oia evenerunt in regnis vestris propter iniusticias vestras qm eratis velut lupi capientes predam ad effundendum sanguinem et perdendas aias et que avare sectabimini lucrum. propter quod effundam indignationem meam sup vos et in igne ire mee consummam vos. Et dicent reges iustissime iudex placeat clementi maiestati vestre in humilima voce nos audire manifesta est nostra confessio quia vestra benigna ptas fecit nos sup populum vestrum dnari. Sz remiscatur vestra ptas cum primo regem instituerit sup populum vestrum israheliticum per os samuelis prophe clare vos dixistis hoc erit ius regis quod impetratur est vobis filios vestros tollit et ponet in curribus suis facietque sibi equites et precursores quadrigarum suarum constituet sibi tribunos et centuriones et aratores agrorum suorum et messores segetum suorum filias que vestras faciet sibi unguentarias et focarias et panificas agrosque vestros et vineas vestras olivueta optia tollet nec dabit servis suis sz et segetes vestras et vinearum redditus deciabit sibi ut det vernaculis famulis suis servos quoque vestros et viue aues optimos et azinos auferet et ponit in ope suo greges quoque vestras adeciabit vosque ei eritis servi et dixistis dne dicto populo. Clamabitis in die illa a facie regis vestri et non exaudiam vos ut

.j.R.viij. nunquid alio modo debuit censeri a nobis ille rex. ergo si sunt ista iura regum prout sup apparet quod nobis imputatur per vestram maiestatem. Inter ipsos nobis subditos fecimus iusticiam de eorundem publicis criminibus exercuimus punitiones sz de eorum occultis nostrum non fuit iudicium. ergo quod imputatur. Dicet iudex. Non sic non sic impij qm si protuli supradicta verba populo predicto per os samuelis servi mei potius protuli ad terrorem populi predicti ne regem temporalem a me quem eram inter ipsos temporalis et spualis rex peteret quem iniusticijs sepedictis predicto regi iuris facultatem preberet. Item nonne cum imperium totius terre dederam abrahe in sempiternum ab aquilone et meridie ab oriente et occidente nunquid similia verba protuli vel contraria ut gen. xiij. et. xvij. Item quando posui david sup populum meum regem qualem dedi et preceptum audiatis. Inveni david servum meum oleo scto meo unxi eum et ponam eum excelsum pre regibus terre. Si autem ipse vel filij eius dereliquerint legem meam et in delicijs meis non ambulaverunt. si iustificationes meas prophanaverint et mandata mea non custodierint visitabo in virga iniquitatis eorum et in verberibus pcta eorum ut psal. lxxxviij Item et alibi predixi. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Servite dno in timore et exultate ei cum tremore ut psal. ij. Creditis forte quod adhuc dederim reges in populo meo ut calumniaretur populus ab eis vel ut iste regeretur. Si creditis alio iure uti mecum quam alij reges usi fuerunt. Si vos non poteritis vnum cum mandata mea non custodieritis. Et legem meam non observaveritis non sine causa protuli iniusticia loquendo quod facilius

potuerit camelus p acumē acus itra re q̄ꝫ diues padisū. licꝫ in mia aliud fuit obseruatū. Ideo vos reges ite a sinistris.

Post hec sub tube clangore suū ppl'm xpianū faciet euo cari. Quo corā iudice cōparē te i terribilitate furoris sui dicet ei Corā me sunt mltiplicate iniqtates vestre ꝛ pctā vestra rñderūt vobis man⁹ vestre pollute sunt sanguie ꝛ digiti iniqtate labia vestra locuta sūt mēdac ū ꝛ scelera vestra vobiscū sūt ꝛ cognouistis plasfemare et mentiri ꝯtra dñm. Ecce agnitio vult⁹ vestri rñdebit vobis qm̄ pctm vestꝝ quaꝫ pctm sodome predicastis ꝛ eū nō ab scōdistis ve aiab⁹ vestris qm̄ reddē tur vobis mala. Et vtet se ad iudi ces q̄ iudicauerūt in ppl'o suo. Et di cet ve vobis iudices q̄ iustificastis i piū p muneri⁹ ꝛ iusticiaꝫ iusti ab stulistis q̄re leges meas fidelissimas in vestris iniusticijs meretrices feci stis q̄ fuerūt plene iudicij ꝛ iusticia abūdauit in eis vos aūt vt homicide habitastis i eis quare iustū argētuꝫ vertistis i scoriā vt socij furū sp infi deles i eis fuistis dilexistis munera secuti fuistis retributiōes pupillis nō iudicastis viduaꝝ iudiciuꝫ nō in grediebatur ad vos. O vtinā q̄ꝫ dile xissetis iusticiā ꝛ iniqtatē odissetis.

Post hec vtet se ad aduocatos et ad alios iurispitos q̄ in viā legis nō ambulauerūt ꝛ dicet. ve vobis iuris peritis q̄ in vestris ꝯsili s ꝯdidistis leges iniq̄s ꝛ scribētes iniusticiā vt pauperes opprimerētur i iudicio et ius fieret tn̄ hūiliū ppl'i mei ꝛ daba tis i predā viduas et pupillaꝝ diri piebatis substātiā. O vtinā q̄ꝫ i cōsi lio vestro legis cōsiliuꝫ cogitassetis

Post hoc vtet se ad testes falla ces ꝛ alios i falso verbo loquētes et opere exequētes. et dicet ve vobis q̄ dixistis bonū malū ꝛ malū bonū po nētes tenebras lucē ꝛ lucē tenebras dulce i amaꝝ ꝛ amaꝝ i dulce trahē do dixistis iniqtatē i funiculis vani tatis ꝛ i vinculis plaustri peccatum O vtinā q̄ꝫ nō tanq̄ꝫ testes iniq insur rexistis q2 nūc mētietur iniqtas vo bis. Post hoc vtet se ad lenonas ꝛ lenas ꝛ diē misistis sup ppl'm sor tē ꝛ posuistis pueꝝ i ꝓstibulo ꝛ pu ellā p vino vēdidistis. Itē dicet omi bus gulos et fornicatori⁹ q̄ potius gule q̄ꝫ deo seruierunt. Ve vobis q̄ꝫ potētes fuistis ad bibendū vinuꝫ et viri fortes ad bibēdū ebrietatē. Ec ce gaudiū vestꝝ ꝛ leticia vestra sē piterna occidere vitulos et arietes iugulate comederūt carnes ꝛ vinuꝫ biberunt dicētes. Comedam⁹ ꝛ biba mus cras eni moriemur q2 nō ē refri geriū i fine homis ꝛ non ē q̄ agnit⁹ sit reuersus ab inferis q2 ex nihilo nati sum⁹ ꝛ post erim⁹ tanq̄ꝫ si non fuerim⁹ flat⁹ ē in aurib⁹ nostris et sermo scītille ad mouēduꝫ cor nostꝝ et spūs effūdetur tanq̄ꝫ mollis aer ꝛ trāseat vita nostra tanq̄ꝫ vestigiū nu bis ꝛ sic nebula dissoluetur q̄ fuga ta ē a radijs solis ꝛ nomē nostꝝ ob liuionē accipit ꝛ per tēp⁹ ꝛ nemo ha bebit memoriā opeꝝ nostroꝝ. Veni te ergo ꝛ fruamur bonis q̄ sunt ꝛ vta mur creatura tanq̄ꝫ i iuuētute celeri ter vino preciosa ꝛ vngētis nos iple am⁹ ꝛ nō ptereat nos flos tpis coro nem⁹ nos rosis anq̄ꝫ marcescāt nllꝫ pratum sit qd̄ nō t āseat luxuria nostra nemo nostꝝ sit exors luxurie nostre

vbiq3 relinquamus signa leticie qm
hec est sors nostra. Opprimamus iu-
stum pauperē et nō parcam9 vidue
vt sapie. ij. c. O ipij hec dicētes vtrm
signa dicte leticie tēporal' in totū re
liquissetis vt ea nūc i patria vite ꝑ-
petue habuissetis. Itē dicet ad illos
q̄ sp supbe i pauperū virorū supbijs
vixerunt. Ve vobis q̄ predati fuistis
hūiles xpi mei nōne ⁊ vos nūc dā-
nabimini ⁊ q̄ spreuistis nonne ⁊ vos
spernimi supbia vestra plusq̄ forti-
tudo vestra. nūc i narib9 vestris po-
nā circulū ⁊ i labijs vestris frenum
⁊ vos ad locū deducā ad quē ire nō
vultis. Itē in iracūdia dicet sacra-
tis monialib9 q̄ pudicitiā v̄ginitatis
nō suauerūt. ⁊ dicet Nōne fuistis fi
lie vni9 mr̄is ecclē mee q̄re ⁊ forni-
cate fuistis i sanctuarijs meis i ado
lescētia vestra fornicate estis ibi sub
acta fuerūt vbera vestra. ⁊ fregistis
māmas pubertatis vestre ⁊ qđ pei9
ē filios ⁊ filias pepistis et fecistis
vobis mōm mliebrē ⁊ fornicate fui-
stis cū filijs ecclē frīb9 vestris viris
magnarū carniū ⁊ nō fuistis facte q̄-
si meretrices fastidiose augētes pre
ciū s3 q̄si mlieres adultere q̄ sup vi
ros suos inducūt alienos oib9 mere-
tricib9 dātur mercedes. Vos aūt de-
distis mercedes amatorib9 vestris ⁊
donabatis eis vt intrarēt ad vos vn
diq3 ad fornicādū vobiscū factū fu
it ɔtra ɔsuetudinē meretricū i forni
caticib9 vestris. Ecce nunc ɔgrega-
bo ait iudex omēs amatores vestros
magnarū carniū viros q̄b9 cōmixti
estis ⁊ oēs quos dilexistis cū vniuer
sis quos aderatis ⁊ cōgregabo eos
sup vos ⁊ mundabo ignomiā vestrā
corā eis. ⁊ videbunt oēm turpitudi-
nē vestrā ⁊ dabo vos ignē formidi-
nis et zeli vt ezech. xvj. et. xxiij. P9
hoc v̄tet se ad mlieres matrimoniali
ter viris copulatis q̄ fidē ɔiugij vio
lauerunt. Et dicet ipse iudex annun
cio vobis scelera vestra q̄ grauiter
adulterate fuistis et nunc sanguis
adulterij i manibus vestris. Nunqđ
vos misistis ad viros de lōge veniē-
tes ad quos nūcios leones miserā-
tis et cū ipsi venissent circulauistis
oculos vestros. et ornate eratis mō
muliebri sedistis i lecto pulcerrio ⁊
añ vos mēsa ornata cynamomo ⁊ vn
gētū posuistis sup vos ⁊ vox mlti-
tudinis exultātis erat i vobis posu-
istis armillas i maib9 vestris ⁊ coro
nas speciosas i capitib9 ⁊ eis adulte
rate fuistis. Ve vobis attrite i adul
terijs. Edificabo vobis lupanar fe-
cistis vobis ꝓstibulū i cunctis pla-
teis ad omē caput vie edificastis si-
gnū ꝓstitutiōis vestre. et abhomia
bilē fecistis decorē ⁊ dimisistis pe-
des vestros oi trāseūti. ecce ego ait
iudex extēdā manū meā sup vos in
aia odientiū vos filiorū xpi mei xpē q̄
earū pudicitias erubescunt i via ve-
stra scelerata alijs quoq3 mlierib9 q̄
